

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31241
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

in ipam matrem suam. pene eam
occiderat. et mutus effectus. et
cecus. et surdus. apertis oculis
non uidebat. et stupentibus in eo
sensibus omnibus. etiam sine intellec
tu permanebat. Conpassus uero mise
rie matris. quam maxime sensus
doloris illius excruciabat. misero
adolescenti blandiens. et piis ma
nibus caput eius et faciem demul
cens. alloqui eum cepit. quomodo eti
am in matrem suam manum mittere
presumpsisset sciscitari. Ille uero ad se
reuersus. peccatum suum illico re
cognouit. et de inceps emenda
tionem promittens. in columnis re
stitutus est matri sue. xliiij.

In monasterio quoque quod alpen
se dicitur. inter ceteros qui curam
requirebant infirmos. uenit ad
eum mulier que caduco morbo
laborabat. Hec in ipsa hora dum
staret coram eo. arepentino im
petu mali illius corruit. set ap
prehensa manu eius. continuo ere
xit eam. nec tantum in illa hora.
sed perfecte omnino curata est ab infir
mitate sua.

Ducissa lothoringie. femina
quidem secundum seculum nobilis.
set ignobiliter nimis uictitans. cum
uidisset aliquem in somniis hominem
illum dei. serpentes septem hor
ribiles de utero eius manibus propriis
extrahentem. post modum ad reli
giose uiuendum. commonitione
eius et doctrina conuersa. usque hodie
se esse de qua septem demonia
eiecerit gloriatur. xlv.

Noui ego clericum quendam
nycolaum nomine. seculo pe
ne desperabiliter declinatum. sed per eum
de seculo liberatum. Qui cum in clara
ualle monastice conuersationis habitum
et ordinem suscepisset. uidens eos qui
de seculi illuc naufragio confuge
rant. naufragii sui dampna continu
is redimere lacrimis. idemque ipse
facere uolens. nec ualens a duri
cia cordis sui. rogabat eum cum
magno cordis dolore. ut impe
traret sibi a deo gratiam lacrimarum.
Orauit. tantamque ei et tam con
tinuam impetrauit compunctionem
cordis cum gratia lacrimarum. ut uix